Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

que habes. Episcopus & sibi conuenti euuangelium sequantur: iuxta illud euuangelicum. Si quis uult post me uenire. abneget semetipsum. & tollat crucem suam & sequatur me. Ante oculos habeat sepissime episcopus quod in mente semper oportet habere. Septem prophete siue diacones sunt in ministerio quia septem plenitter diuidituir scriptura inter nouum testamentum & uetus quę in euuangelio ministrat. Episcopus in medio uicarius xpi. quasi euuangelium habet in nouo testamento ministros hystorię ut lucas in actibus apostolorum habet ministros idest. vii. epistolis canonicis. in habet ministros. xiii. epistolis pauli habet ministros in apocalypsi in ueteri testamento. in lege. prophetis. psalmis. Unde scriptum est in euuangelio lucę. Quę scripta sunt in lege moysi. & prophetis. & psalmis de me. At si quinq; fuerint quinq; ministros librorum monstrant in euuangelio monstrando. Episcopus in medio quasi euuangelium habet in nouo testamento primum ordinem predicatorum hystorię. secm apocalipsim iohis. tertium secundum epistolarum. quartum prophetarum. ut est apacalypsis in ueteri testamento unum legis. Hęc duo philippus in iohannis euuangelio ad medium deducit dicens. Quem scripsit moyses in lege & prophete inuenimus ihm filium ioseph a nazareth. At si fuerint tres ministrationes trium librorum. fons omnis sapiencię euuangelium in medio duos libros in nouo testamento. scilicet epistolarum & prophetarum liber actus apostolorum qui mittitur theophilo. epistolis iungitur: et unare est epistola quia mittitur alicui. et altera quia hystoriam tantum continet stat per se. In ueteri testamento unum. Omnis scriptura apud ueteres lex nominatur sicut de psalmis dicitur: & in lege mea sept̃ die. quia ego diui dii estis. Unde augustinus. legem appellauit dins. generaliter omnes scripturas illas. quamuis alibi specialiter dicat. Legem a prophetis eam distinguens sicuti est lex. & prophete usq; ad iohannem. prophetauerunt. Aliquando autem uia diuisit eas scripturas sub